

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

## **Theses Theologicæ Oppositæ Erroribus Quibusdam Pietisticis**

Argentorati: Literis Johannis Friderici Spoor, [1705?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875841864>

Druck    Freier  Zugang





77.



Fa-1092(77.)

Tom<sup>o</sup> LXXXIX.

1. Carolus Ludovicus Thomäus de Divinitate Christi & <sup>33</sup>  
economia gratiae. Ulm 1716.
2. Seb. Schmid de oblatione Fidelium & Loh. I, 13. 14. 1712. <sup>3</sup>
3. — . de venditione Christi chal. ppvii, 9. — 1688. <sup>3</sup>
4. Io. Jacob Lungenhausen contra Anonymi Angli Christianity  
not mysteriose Christianismum rationalem. 1713. <sup>5</sup>
5. Michael Foersterius Preser Rimebergis de part hominum  
cum Diabolo ad effodendos Thesauros absconditor. 1716. <sup>6</sup>
6. Gottlieb Wernsdorff Preser Jo. Jacobo Ferber de Theologia  
experimental. 1711. <sup>7</sup>
7. Jo. Jacob Ferber pr. vii. de Exocatione et induratione spirituali.  
ad Mar. ii. 12. Avent 1716. <sup>8</sup>
8. Gottlieb Wernsdorff de Theologia mystica. 1714. <sup>8</sup>
9. Joachim Zentzowius de Punit. quotidiana. 1697. <sup>9</sup>
10. Jo. Franc. Buddeus Preser Libero de Beatitudine ariaton. 1709. <sup>10</sup>
11. — . de Sacra Scriptura Aribicorum. <sup>11</sup>
12. — . — . de Sacra Scriptura Aribicorum. <sup>12</sup>
13. Jo. Friderici Mayen Paulus Suecorum Apostoli p. Theser.  
ex Grisolia ad Galatas a Sueor. Studiis defendenda. 1709. <sup>13</sup>
14. Jacobus Staalkopf de Spinozismo post Spinozam Gryph. 1708. <sup>14</sup>
15. Martinus Geier ad Ezech. xiv, 9. Recusa Witt. 1712. <sup>15</sup>
16. Georgi Henr. Goetz ad Act. x, 44. 45. 46. tuba. 1712. <sup>16</sup>
17. — . observationes ad c. Nativ. xii, 40. <sup>17</sup>
18. 19. — . de Aeratores eruditis. <sup>18</sup>
20. — . Museum Eruditum vanis memorabilibus conspicuum. <sup>19</sup>
21. Jo. Andreas Schmid de Literis Sanguine Iesu Chr. firmatis. <sup>20</sup>
22. Petrus Zorn de methodo explicandi Phraseologiam dogmaticam ex  
Analogia rituum. <sup>21</sup>
23. — . <sup>22</sup>

23. Ioh. Georg Aegidius R. Jesuare commentarij in Iosuam  
 24. Daniel Hiebner de Charactenis Pseudo-Prophetarum Genesim, 14.  
 25. Ioh. Nicolaus Quistorp de Seductoribus ad Mult. xpi v 4.5.  
 26. Thomas Ittius ad Abucane opusculum de Baptismo Fweliū  
     Vet. T. & aquam ex Chmhi latere.  
 27. Ioh. David Walther sub Presidio Buddei ad Hebr. viii, 22 (21)  
 28. Gustav. Geor. Zeltner ad 1 Cor. xl, 10.  
 29. Fridericus Sigfrid Ring de Capiatione Hebreworum.  
 30. Godofredus Ludovicus de Missionibus in Indiam.  
 31. — Zeltner de Sivno Filii Homini; jam exhibito.  
 32. Caroli Andrii Trida Dissert. Philol. Antiquanam.  
 33. Urbanus Godofredus Liberius de Sanctis columnis.  
 34. Chinghang Gottlob Schirhart de Veterum Codicū ornamentis.  
 35. Adam Reichenbergii Enchyla ad Lusebium Favianum.  
 36. Ioh. Nicolai Hartschmid Theses Anth. Pietishire.  
 37. — — — De Conventiculis p̄iori & postea.  
 38. — — — — — posterior Theologica.  
 39. Ioh. Wolfgangi Seegeri Acta Esslingensia.  
 40. — — — De purgatorio Burgnondie et Poireti.  
 41. — animadversiones in tractatu dñi s. illud. de Gyon  
 42. Ioh. Andreas Knoblauch de Indifferentiis Carolina.  
 43. Ioh. Hermannus ab Ursu de Salinaria fanaticorum  
 44. Anonymi repetitio doctrine fundamentorum fidei contra Thomisticos  
 45. Gustavus Herterich de Bohemis Naturaliis & spiritu.  
 46. Jacobus Schroeter de Haddingen N.T. croniby Pietishire.  
 47. Ioh. Jacobus Terbene de Fanaticis in restam ratione in iunctu.  
 48. Fridericus Jacobus Firmhaber de Methodo Mathematica  
     Theologica.

2.

36.

Q. D. B. V.  
**THESES  
THEOLOGICÆ  
OPPOSITÆ ERRORIBUS  
QUIBUSDAM PIETISTICIS,**

Quas  
Sub PRÆSIDIO

**DN. JOHANNIS NICOLAI  
HARDTSCHMIDI,**

SS. Thol. D. & Prof. Publ. Celeberrimi, Ecclesiast.  
& Cap. Thom. Canonic, h. t. Facult. Theol. Decan.

Spectabilis,

*Domini Patroni, Fautoris, atq; Praeceptoris  
sui aeternum devenerandi,*


Publico Auditorum Examini

submittit

**M. JOHANNES JACOBUS ZELTER,**

Arg. SS. Theol. Cultor.

Ad diem Mens. Anno 1705. in Alma Univ. Patriæ  
horis locoque consuetis.



*ARGENTORATI,  
Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR,*



• 21 undq mille su) uui L. N. J.

## Christiane Lector.

**T**heses has Theologicas lubens submitto  
tuo judicio, sed id a Te amice contendo, ut ne fu-  
gitivo oculo percurras, sed singula verba expendas,  
& tum demum secundum Scripturam judicium fe-  
ras. Si enim securus facias, contra conscientiam a-  
eturus es, periinde utili, qui Theses meas miscellaneas idiotis in-  
terpretati, ipsis persuaserunt, me prohibere applicationem  
in lectione Scripturæ Sacræ, id quod mihi nunquam, ne  
quidem per somnum in mentem venit, absit ut vigilans & cum  
meditatione hæc scripserim. Si vero intellexero homines ejusmo-  
di non bona fide theses meas in vernaculum convertere sermo-  
nem, ego ipse meo stylo easdem transferam, additis notis, unde ho-  
minum istorum mores & finis, quem intendunt, clarius posit perspi-  
ci. De cætero palam hic profiteor nulla me hominum judicia mi-  
nus æqua moratura esse, quo minus pro ratione officii veritatem  
strenue propugnem; quin & honori mihi ducam, si idem judicium  
me maneat, quod beatum Dn. M. Schmidum N. T. Diaconum,  
olim discipulum meum, post apud exterios amicum, & tandem in  
patria compatrem, post fata dilectum & honorandum, de quo ho-  
mines christianissimi sc. nec christiane, nec pie dicere solent: daß  
keiner unter uns Pietisten seye / welchen er nicht vor sich gehabt / und sich  
keine Mühe noch Arbeit dauren lassen / Tag und Nacht zu suchen / ihn  
vom rechten Weg abzuföhren ; und darum werde Er auch so sehr be-  
dauret : hat er wohl geschmiedet / wird es ihm wohl nügen. Quem-  
admodum enim fidus DEI minister de his mendaciis jam cum ve-  
ritate in cœlis triumphat ; ita mihi gratulabor, si de eodem Ze-  
lo apud bonos bene audiam, Vale!

THE-

A 2

## THESIS I.

**M**ethodus ista Arnoldiana, qua hodie utitur (ut asseciae ipsius testantur) quod nulli templo magnifice instructo utitur, sed in cœnaculo examina simplicissime instituat, nec ad id ante se præparet, sed loquatur, quicquid ei pro tempore suggeratur (gegeben werde:) hæc, inquam, methodus uti nova non est, ita nec probari potest, aut debet; multo minus sive Studiosus Theologiæ, sive minister verbi eandem salva conscientia imitabitur.

*Expositio.*

**N**on equidem ignoramus prioribus tribus seculis, vel templo nulla, vel saltem non ædes magnificas in usu fuisse, cum in Cœmiteriis & Cryptis Christiani sacra sua peragerent, adeo ut communiter ad sæculum quartum referant originem templorum splendidorum, quæ nupianatōrēas, ædes dominicæ appellabantur, uti ex Eusebio l. 8. c. 1. & l. 9. c. 10. recenset Dn. D. Reehenberg Hist. Eccl. period. 2. c. 1. §. 65. Id vero factum esse partim ex necessitate, quæ constringebantur; partim quod gentilium templis uti nollent, partim ne Majestatem Divinitatis, ædificis includere viderentur, ex historia Ecclesiastica manifestum est. conf. b. D. Bebel. Antiquit. Eccles. secul. 1. p. 67. & secul. 3. p. 848. Neque nos hodie necessitatem quandam fingimus pro cultu divino in templis peragendo, qui novimus illud Christi Joh. 4, 21. cultum adorationis in N. T. nulli certo loco alligatum esse; attamen licitas esse ejusmodi ædes sacras etiam bene exornatas docemus, cum nihil mali intrinsece habeant, docente magnifico Salomonis templo V. T. cuius splendor si per se malus fuisset, non potuisset esse habitaculum DEI; si quando externe accedat abusus, rem ipsam non vitiat, sed hominis est peccatum. At vero, qui cum Arnoldo simpliciter & ubique primam illam Christianorum simplicitatem crepant, næ illi insigniter falluntur,

tur, dum ex necessitate quod factum est, in legem & normam pérpetuum convertunt; & quod Dei benignitate Ecclesiae contigit, egregie criminantur: Atque hinc est, quod quidam templum Mariæ Hala Saxonum Templum Dianæ appellat, hinc est, quod per contemptum templum appellant das gespîzte Hauss. vid. Quackergr. p. 284. & quod Weigel. Postill. part. 1. scribit: Moses mit seiner Maukirch gehöret auf den äussern Menschen; item die Renati ob sie gleich in der Maukirch sind/ so schadet ihnen nicht: unde & Mau- & Steinkirchen appellat conf. D. Nicol. Hunn. Betrachtung der Paracels. und Weigel. Theol. mot. 8. p. 336. atque hoc est, quod damnamus tempora deserit, hac mente, & ex his erroneis opinionibus.

Sed nec illud probandum, sine meditatione ad sacros sermones & examen accedere Arnoldum, vel ad imitationem ejus studiosum quendam, aut Ministrum Verbi, neque dictum Christi Matth. 10, 19. ipsos juvat, quum tradiderint vos, ne anxii curetis, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora. Id enim non ad quemcunque, sed necessitatis & persecutionis casum pertinet; nec excludit curam & meditationem, sed anxiā & dubitan tem curam, quæ de auxilio & gratia DEI certa non est; id quod μετριαν satis indicat, conf. Matth. 6, 25. 27. seqq. neque ad omnes in officio constitutos, omnem statum & tempus applicari potest, aut debet. Ut quid enim Petrus 1. Epist. 3, 15. suos paratos esse jussisset semper ad defensionem omni petenti rationem de spe, quæ in ipsis est? ut quid Paulus Timotheo 2. Epist. 3, 14. scripsisset, mane in his, quæ didicisti, se meditatione nulla opus? & periculum faciat aliquis fanaticorum, nec græcas, nec hebræas literas discat, videat, an vi hujus promissi in linguis suis scripturam intelligat? an immediate ut Apostoli Act. 2. linguarum harum notitiam a DEO sit accepturus? Est vero hominum novorum illud vitium, quod cum ante diu multumque in literis versatis sint, ut notitiam firmam multarum rerum sibi comparant, qua ex tempore de variis rebus apte disse-

rere possint, sui oblii existiment, vel aliis etiam persuadere conentur, id se ex immediata habere inspiratione; quo phantasmatē melancholici, vel ignavi alii correpti, labori omni supersedent, & si minus bene, minus recte, vel non ad rem deinde dicant, hoc ipso excusare se nituntur, locutos se esse, prout Spiritus dedit in illa hora. Certe Apostoli epistolis suis, hortationibus & admonitionibus ut Christiani in cognitione JESU Christi crescant, omnes frustra fuissent; & frustraneum fuisset Christi mandatum, Matth. 28. de instituendis gentibus, si omnia ab immediata illuminatione exceptanda essent.

## THESIS II.

**Q**ui templa ædesque sacras e lapidibus extuctas tanquam exter-  
na (äußerliche) templa rejiciunt, eo quod ipsi templa Spiritus S.  
sunt interna; aut verbi prædicationem, quæ in templis fit, tanquam  
inefficacem & inutilem contemnunt; Scripturæ sacræ reclamant,  
fanaticis consentiunt, & publicum ordinem ac tranquillitatem tur-  
bant, non sine contemptu Magistratus.

*Expositio.*

**N**on opus esse existimo, prolixè hic profiteri, luxum sumptusque  
nimios in ædificia sacris destinata, nobis non probari, cum id  
ubique nostrates doceant: sed hoc potissimum est, quod intendimus,  
non esse inanes illas cogitationes & sermones hominum tole-  
randos, cum templa non amplius frequentant externa, sub hoc præ-  
textu; se diu satis externa templa frequentasse, esse se templo Sp. S.  
jam internum etiam templum esse exornandum. Hi namque ho-  
mines aut imperite ex iis, quæ subordinata sunt, faciunt opposita,  
cum templum esse Sp. S. & ædes sacras adire adeo non sint opposita, ut  
David Vir sanctus & Sp. S. actus templum DEI, etiam templum ex-  
ternum magnifice satis extruendum & intenderit, & Salomoni man-  
daverit, DEO utrumque probante; quo in templo Viri divinitus  
inspirati

inspirati & docuerunt, & nomen DEI sanctissimum celebrarunt,  
 Et ne quis hæc tanquam V. T. figuræ rejiciat, certe patet ex hoc, per  
 se non esse illicitum adire templum externum, nec esse opponenda,  
 Sp. S. templum, quod est anima fidelis sancta, & templum externum.  
 Accedit, quod Christus in N. T. & Apostoli in templo saepius docue-  
 runt, nec templum, aut scholæ ipsis abominationi fuerunt, sed Phari-  
 seorum corruptela & induratio: Aut homines isti Novatores (quod  
 hic revera latere puto) ex contemptu verbi externi & ministerii  
 templo adire recusant, quo errore in ipsa quoque ædificia criti-  
 nationes evomunt. Quin & sibi illis haud opus esse concionibus pub-  
 licis dicunt, dann sie seyen von Gott gelehrt/ mein JESUS lehret mich  
 solches. Quo ipso aut immediatam illuminationem & enthu-  
 sium docent, quod hactenus saepius ipsis objectum, frustra illis ne-  
 gantibus, vel ex ignorantia, ut sit a simplicioribus, vel ex pertina-  
 cia ab antesignanis Novatorum: vel si hoc nolunt, impetrare oppo-  
 nunt duo hæc doceria Christo, & ejus ministro publico in Ecclesia.  
 Quin & hi homines ipso facto suo, quod in nobis improbant, adstru-  
 unt, dum in conventiculis clandestinis quibusdam calumnias suas  
 recitantibus, aliquo lecto ex Scriptura sacra capite, illud ad suos ap-  
 plicant non sine atrociorum injuria, putantque se cœtum electo-  
 rum, & Spiritu Sancto doceri & summe pietatis exercitio defunctos  
 esse. Sed repugnant hæc Scripturæ Sacrae, Rom. 10. ubi ordinarie  
 fidem in adultis sine auditu prædicantium verbi, non esse testatur  
 Apostolus; quid quod Matth. 28. Christus discipulos suos docere  
 jussit omnes gentes, quem laborem frustra JESUS suis imposuerit  
 Apostolis, si frustanea, inefficax & utilis est externa verbi prædi-  
 catio & auditus; & quorsum Epistolæ Apostolicæ tum Catholicæ,  
 tum ad singulas Ecclesiæ Scriptæ, si sine verbo externo auditio, lectio  
 &c. Spiritus Sanctus omnia in hominibus perficit. Sed est hic  
 error non novus, sed jam ante Weigelii fuit Postill. part. I. p. 5.  
 Moses mit seiner Maur-Kirch gehöret auff den äussern Menschen etc.

part. 3.

part. 3. p. 94. Ich wolle lieber in dem Reich des Teuffels seyn/ als in der Kirchen bey den Verdammten also gefangen/ gebunden/ mit dem schweren Joch ihres erdichteten Gottesdiensts/ die Renati, ob sie gleich bey ihnen in der Maur-Kirch sind/ so schadets ihnen nicht/ sie sind dem Nachen entwicht/ singen Gott Lob und Dank/ der nicht zu gab/ daß ihr Schlund uns mocht fangen: vid. b. D. Nicol. Hunn. Beitr. der Paracell. Weigel. Theologie. p. m. 335. & 341. Wir erfahren täglich bey allen Buchstabischen Predigern/ daß bey ihnen kein Glaub zu hören ist ex part. 1. --- alle Buchstabische sind zugefahren/ und haben gelehret/ der Glaub komme aus dem aussern Gehör/ aus dem Sacrament/ Gott wolle nicht anders kräftig seyn/ als durch eusere Mittel/ es möge auch niemands zum Glauben kommen/ als durch eusere Mittel/ und sehen doch vor Augen/ daß mit allen ihren Dingen nichts dar aus wird/ es gehet alles leer abe/ sie dreschen leer Haberstroh/ und man entbeert scliger ihrer Predigt/ dann daß man ihnen zuhöre etc. Atque haec dogmata & his assinia publicam tranquillitatem, ordinesque bene & sancte institutos vel evertere, vel turbare etiam maiores nostris in clytus Urbis hujus Magistratus sapientissime judicarunt; Id enim verba habent mandati, von dem Sonntag und wie man den halten soll/ Actum & Decretum Montag den XXVIII. Tag Decembris Anno (15) xxxiiij. Zum vierdtzen/ wie wohl diese (der Widertäuffer) und vergleichen Secten etc. etc. Zum fünften/ dieweil wir allein durch den wahren Glauben in Christum Jesum Verzeihung der Sünde/ und das ewige Leben erlangen/ und dann derselbe aus dem Gehör Göttliches Worts kommt/ so lassen unser Herren Meister und Rath obgemeldt/ euch als ihre lieben Angehörigen/ und Mitburger/ getreulich/ Väterlich und zum freundlichsten ermahnen und bitten/ daß euer jeder für sich selbst die gemeine öffentliche Predigen/ und besondern an dem heiligen Sonntag fröhlig besuchen/ auch sein Weib/ Kind und Gesind/ die sonst ohne Erkäntniß Gottes leben und erwylden/ dasselbig zu thun unterweisen und anhalten/ auch seine Kinder zu der gewöhnlichen Kinderberichten führen und schicken — wollend. — Und dieweil

die

die Wiedervertigen und Verführer gemeinlich darauff handeln/  
wie sie mit unerfindlichen schmälichen Nachreden/ die Verkünder  
Göttlichs Worts bey dem gemeinen Mann in Verkleinerung brin-  
gen/ damit sie die Leuthe von gemeinen Predigen ab- und zu ihren  
Secten ziehen mögen/ und dann ja solch unfreundlich und unwar-  
haftig Nach- und Ubelrede wider Gott/ Brüderliche Lieb/ Bürgerli-  
che Pflicht/ und zuvor ausgegangen Mandaten und nicht zu klei-  
nem Verachtung Götlichs Worts und gemeiner Stadt Straßburg  
dienet/ so lassen euch abermahls unsere Herren ernstlich vermahnen/  
und wollen/ daß alle ihre Bürger und Inwohner dieser Stadt  
Straßburg solches Lästern und Schelten/ es sey heimlich/ öffentlich  
ab- und reuig standen ic. ic. ic.

En nihil novi sub sole! patet hinc, quod dixi, ex ipso judicio  
Magistratus Illustris hujus urbis constare, ejusmodi errores sub-  
vertere ordines publicos & tranquillitatem communem, id quod  
ulterius confirmat ein ander Mandat/ deß sich die Burger der Se-  
eten und fürnehmlich der Wiedertäuffer entschlagen sollen/ cuius  
initium, Wir Jacob Sturm/ der Meister und der Rath etc. Actum  
& Decretum auff Samstag den xxviii Junii Anno M Dxxvij.

### THESIS III.

**Q**uemadmodum certum est, sanctificationem diei dominicae  
jure divino & humano etiam necessariam & præceptam esse;  
ita nihilominus non est probandus illorum rigor & zelus impru-  
dens, qui, quod tempus attinet, ita morale urgent, ut nullum ca-  
sum necessitatis, nisi extremi periculi & vitæ admittant, eos vero,  
qui ex Coloss. 2. de Sabbato judicant, insimulant ac si cum zelo  
sanctificationem urgere non possint, vel zelus tamen ipsorum  
inanis & sine fructu sit futurus.

### Expositio.

**S**anctificationem Sabbathi, quod nobis dies est dominica, præ-  
ceptam esse in decalogo, non tantum hodie, sed olim pueri  
sciverunt illisque inculcatum est; & quæ supra allegata sunt de-

B

creta

creta incliti Magistratus nostri, satis confirmant jus humanum,  
 saltem nobis, sicut de hac quidem re, quantum mihi constat, nec  
 fuerit olim, nec hodie sit inter Theologos quæstio; id quod ad  
 statum controversiæ probe notandum est, ne quis (ut si fieri amat)  
 apud imperitos nostram doctrinam & theseos hujus sententiam  
 traducat tanquam profanam & impiam, quæque die dominico  
 omnem promiscue permittat lasciviam & petulantiam: addimus  
 tamen & hoc, discrimen utique esse magnum moralitatis & obli-  
 gationis de sanctificando die dominico, & aliis diebus festis ab  
 Ecclesia in memoriam sanctorum &c. institutis; hæc enim ut  
 quis conscientiæ suæ, & tentatæ alterius satisfacere possit, sunt  
 probe discernenda, præterim hodie, ubi temporum difficultas  
 multa homines docet & cogit quasi facienda, quæ alia vice non  
 facile concederentur. Sed quod attinet quæstionem de mora-  
 litate temporis, an unus dies ex septem sit necessarius, an vero  
 posset octavus, nonus, vel decimus &c. eligi, & an ad certas horas  
 adstringi debeat? Quæ posterior sententia, nec præcise unum  
 ex septem necessarium esse, nec certas horas, fuit b. Dn. D. Seba-  
 stiani Schmidii sententia, de qua vir Amplissimus & de Ecclesia  
 Christi præclare meritus Dn. D. & Prof. Fechtius in Schediasm.  
 disp. 3. p. 538. de qua quæstione etiam nuper disputatum novimus  
 inter Dnn. Saxonicos, hanc, inquam, quæstionem quod attinet,  
 jam in præfens non opus est illam decidere, aut ventilare; sed  
 improbandum esse docemus rigorem nimium & imprudentem  
 Zelum Novatorum, quos imprudentes dico, ideo, quod faten-  
 tur se scripta Theologorum non legisse, pastori sufficere Biblia  
 & b. Arndii Liberos de vero Christianismo, & tamen de hac  
 quæstione ex multis argumentis prolixe agitata sibi potestatem  
 sumunt judicandi, quam vel non intelligunt, vel fundamenta  
 saltem sententiarum non assequuntur; & nihilominus pronun-  
 tiare audent, sententiæ posterioris fautores, non posse urgere  
 sanctifi-

sanctificationem diei dominicæ &c. nec si urgeant, fructum inde sperandum esse, quum scire deberent sententiam illam ex Matth. 12, 9. Marc. 3, 1. Luc. 6, 1, 6. & pluribus veterum doctorum testimoniis confirmari solitam. Evidem facile largimur, Illum Zelum non posse habere, qui sententiæ posteriori adstipulantur, qualem satis imprudenter ostendunt docentes & dicentes, non pertinere absolutionem ministri ad eos, qui die dominica ad nundinas abeant, non posse digne accipere S. Cœnam, furari illos absolutionem, si stehlen die Absolution ab: imo nullum fere casum esse necessitatis, nisi extremum vitæ periculum, quæ verba & phrases credo nec eos approbaturos esse, qui rigidior rem sententiam amplectuntur, præsertim si illis proponantur, qui in summa temporum difficultate cum paupertate luctantur, & peractis sacris de pane lucrando &c. cogitare coguntur. Ut Lector habeat, quo conscientiæ suæ in ejusmodi casu & quæstione consulere possit, ex Matth. 12, 1. seqq. discat, quomodo Christus Dominus Sabbathi neget violati diei sancti reos discipulos suos, evulsas spicas comedentes, & eum qui de ove inter judæos vilioris pretii animali in foveam lapsi, sed extrahendo solicitus est, e quibus exemplis additis rationibus facile erit, ad similem casum responsum Christi applicare.

## THEISIS IV.

**U**T inemo est ex iis, qui Christiano nomine digni sunt, qui negare audeat, debere hominem in exercitio pœnitentiæ agnitis peccatis ex lege, & peccatorum bene meritis pœnis se dignissimum judicare; ita tamen non est forte aliquis futurus pius Theologus, qui dixerit, si ad pœnitentiam nos bene comparare volumus & cum DEO novum foedus inire, dignos nos reputare debemus, quos diabolus in frusta discerpat.

B 2

Expo-

*Expositio.*

**D**um hanc thesin scribimus, non leve, aut nostrum opus dicimus esse poenitentiam; sed Spiritus Sancti id in nobis excitantis & operantis, neque putamus posse aliquem justo majorem habere poenitentiam veram de peccatis admisis; Hoc tamen etiam monemus veram poenitentiam non ex quantitate, sed sinceritate cordis judicandam & estimandam esse; ne de remissione peccatorum & gratia DEI semper fluctuare cogamur, ad quod prior illa sententia aperte dicit. Deinde & putamus observandum discrimen, poenitentiam esse vel stantum quotidianam eorum, qui virtute Sp. S. carnem vincunt, ne ejus desideria perficiant, de quibus Paulus Rom. 8, 1. γὰρ κατάπεπτα, nulla est damnatio in iis, qui in Christo IESU sunt, qui non secundum spiritum ambulaut; an hi jam salvo Apostoli dicto, in vera poenitentia hoc modo ut in thesi dictum, de se debeant judicare, vel etiam possint? ego nec video, nec existimo: Alia est poenitentia lapsorum, de qua aliter est pronunciandum. Jam non puto ad centenos pluresve auditores promiscue talem sermonis exhortationem fieri posse, nisi constiterit, nullum inter eos esse, qui non sit enormis peccator & peccatis conscientiam vastantibus infamis, quod si nesciat minister, imprudenter & non sine scandalo ejusmodi phrasibus poenitentia suadetur: si sciat esse mere tales non ad absolutionem admittendi sunt, nisi de vera poenitentia ipsi constet, quantum homini, qui corda non novit, de ea re judicare fas est.

## THESIS V.

**S**olent illi, qui verbum DEI non attendunt in varios prolabi errores, sic ut sibi ipsis non constent; exemplo sunt novatores qui

qui aliquando ut pœnitentiæ magnitudinem extollant insolitis phrasibus exaggerant; post cum aperte mente explicant, docent, quod Christianus Christo unitus non opus habeat confessione (der Beicht) si in corde certus esse possit peccata sibi remissa, & sine confessione (ohne die Beicht) sacram cœnam adire posse. Siquidem antequam ad confessionem accedat, jam oportere certum esse, quod a DEO in foedus gratiæ receptus sit & peccata sibi remissa; ad sedem confessionarii (im Beichtstuhl) sacro nimis id esse, modo id fieri, ut ibi externe attente parum se gerat (ausserlich andächtig ein wenig stelle.) Quæ sententia uti potestatem clavium elevat & ad ministerii contemptum directa est, ita (ut de aliis non dicam) Weigelii errorem circa hanc rem aperie fovet.

*Expositio.*

**T**ure meritoque causam errorum diximus contemptum, vel neglectum verbum DEI, docente id experientia, homines cum se permisere rationi, vel persuasioni, de peculiari sanctitate præ aliis, varios in errores labi, exemplum dedimus præcedente thesi: aliud hac ipsa proponitur, de Christiano CHristo unito, an opus habeat confessione, scil. quæ fit, coram Ecclesiæ ministro, sive in genere, sive etiam in specie? Qua in quæstione id notamus, si casus incidat, quo quis in discrimen mortis adducatur, nullo Ecclesiæ ministro præsente, vel cui confiteri non possit, vel non liceat, talem, si agnita peccata DEO fuerit confessus, & in fide vera decedat, utique salvari, nec de ejus salute dubitandum esse; sed de hoc casu nec thesis loquitur, nec novatores isti, quorum de confessione mens est in ipsa thesi proposita: sed de eo, quo quis copiam ministri habet ordinarie, vel habere potest, hoc in casu dicimus, ministerium a Christo institutum, quod potestatem clavium tradente Ecclesia habet, non esse præterendum, ne quod Christus instituit vilipendatur, scandalum præbeant.

B 3

3

38.

43

4

49

48

tur, aut libertinismus introducatur, quo tandem promiscue, cum spiritus nescio quis, inspiraverit, ad S. Coenam ruunt, qui opinione suæ pietatis aguntur. Et si nobis de alia ratione non constaret, cur Sacerdotii in Ecclesia DEI confiteri peccata debeamus, quain mandatum Christi; hoc tamen homini vere pio, & in mysteriis divinis non nimis curioso sufficere deberet, Joh. c. 20. sed experiantur quoque afflictæ conscientiæ, quando sæpe solatio fruantur, dum confessi peccata & instruuntur ulterius, & verbo DEI promisebationibus divinis recreantur. Præterea cum & ministero Ecclesiæ conveniat & Ecclesiæ intersit, ut de iis, qui S. Coenam accessuri sunt, ipsis constet; non potest talis nisi conculcatio omni ordinis sacram Coenam accedere, quod si faciat eo ipso reus est violati præcepti apostolici, 1. Cor. 14, 40. & hoc ipso dignus, qui admittatur ad communionem corporis & sanguinis Christi. Sed ut in thesi dictum est, sit hoc in contemptum ministerii & ordinis Ecclesiastici etiam ex ea falsa hypothesi, quod isti fanatici æqualitatem jactant, ut v. g. faber serarius ejusdem sit ordinis, ac magistratus præcipius, vel minister Ecclesiæ (der das Pfarrherr-Handwerk gelernt/ut per contemptum isti loquuntur) ex hoc, inquam, est, quod nolunt subjici, vel confiteri peccata hominisibi æquali, qui tamen eo in casu & officio minister & cœnomus DEI æstimandus est 1. Cor. 4, 1. Deinde & ex eo fit, quod cum videant festucam in oculo fratris, trabem autem in oculis suis non animadvertunt, statim ad criminationes decurrunt, de ministerio impi, cuius ope nec possint juvari, nec ipsorum ministerio absolvia peccatis, nec dictam solutionem sibi applicare; atque ideo, nec confessionem, nec solutionem necessariam esse contendunt. Quod de externo habitu bene composito disunt, in ipsos quidem egregie quadrat, qui formam quidem vel speciem pietatis præse ferunt, virtute ejus abnegata, quod iis notum, quibus cum ejusmodi hominibus res est in contractibus vel aliis negotiis, unde lucri alicujus spes affulget. Hoc autem dogma

dogma iterum novum non est, sed Weigelianum, ita enim verba  
 Weigelii ex Dial. deChristian. p. 4. allegat b. D. Hunn. Betrach-  
 tung der Weigel. Theol. alle fallen für diesem Stand nieder / und  
 sprechen: Vater Unser/der du bist auff Erden/du hast Gewalt zu lö-  
 sen/ zu binden/ den Himmel zu auff und zu thun. Et ex Postill. part. 1.  
 pag. 12. allegat b. Hunn. p. 175. da ist ein Greuel der Verwüstung/  
 da man sich hänget an die Lehrer/ die da sagen/ bey ihnen müsse man  
 Vergebung der Sünden holen/ sie sitzen an statt Gottes. Et ex  
 Postill. p. art. 1. p. 180. hæc recitat b. D. Hunn. So du wärest an ei-  
 nem Ort/ da man müßte zu Beichte geben/ und für dem Priester da  
 die Sünde bekennen/ es würde dir geboten zu beichten/ so laß den  
 äußern Menschen beichten/ und hinknien für den Priester/ da die  
 Sünde bekennen/ und behüte den innern/ daß er nicht beichte/ daß ist/  
 daß er nicht gedenke/ der innere Mensch verdiene etwas/ und erlan-  
 ge die Absolution vom Priester/ sondern daß der innere Mensch  
 GOT beichte und bekenne/ und keinem Priester/ laß dem äußern  
 das Joch tragen/ mache keinen Krieg darüber/ dann du weißest  
 wohl/ daß der Priester nicht möge Sünden vergeben/ und daß sol-  
 ches Beichten ein Menschen-Gedicht sey und wieder Christum.  
 Hactenus ex b. Hunn. verba Weigelii, cuius nomen si quis existi-

met præter meritum esse exosum, eum putamus, nec Wei-  
 gelio multo meliorem, nec de jure August.

Confess. socium se profiteri  
 posse, vel de-  
 bere.

### Corollarium.

*Corollarium.*

Flavianus celeberrim⁹ Pontifex Antiochenus, qui En-  
 thusiastis Messalianis negantibus, confessio-  
 nem morbi mira prudentia extorsit, Adelphio  
 grandi natu blande compellato, ut delinitus se-  
 nix totum venenum occultatum evomeret,  
 hic, inquam, Flavianus tum ob zelum, tum ob  
 prudentiam commendandus est; eo quod ho-  
 mines isti *morbum illum celare tentabant*, &  
 inter redargutiones quoq; impudenter nega-  
 bant, ut loquitur Theodoret. *Histor. Eccles.*  
 I. 4. c. XI. f. m. 399.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn875841864/phys\\_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875841864/phys_0021)

DFG







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn875841864/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875841864/phys_0023)

DFG





et mediis, depellere ualeamus, sicut id in Spinoza  
e praestitere Blyenbergius et Poiretus,  
icut uero alias ea rebus utilibus et innocuis fata-  
nt, ut , dum nimis uehuntur , plus noceant,  
nt ; ita idem Mathematicis demonstrationibus  
do istis, tanquam argumentis primariis, dogma-  
iuersum , ne sanctissimis quidem fidei myste-  
rionfimare conamur. Nam cum Mathematicae  
ies unice nitantur euidentia rationis et sensuum,  
turpissima confusio principiorum introduce-  
mentis rationis probentur , quae fundamentis  
istere debebant, Quin (2.) Mathesis et ratio-  
ni , sed reuelatio rationi subiiceretur , et haec  
uero ut domina respiceretur. Inde (3.) fides  
superstructa esse debebat , clarissimis scriptu-  
ris , non illis ; sed Mathematicis demonstra-  
retur; adeoque (4.) res grauissimae , quae sub  
nobis commissae sunt , inaedificarentur fun-  
proso , infirmo , et a quois tentationum uen-  
iendo. Imo (5.) ipsa fidei mysteria , non ad di-  
sum , sed ad rationis nostrae mathematizantis  
iperentur. Quibusunque enim mens nostra  
euit , ad ea plerumque conceptus suos formare  
e rebus spiritualibus , non spirituales , sed mathe-  
ptus foueremus. Ex quo uero (6.) id sequi-  
m omnium sapientissime , addo et solidissime  
rebus loqui uelimus , eas tam misere detor-  
inter se confundamus , ut praeterquam quod  
udibrio turpiter nos exponamus , manibus pe-  
d aiunt , in Scepticismum Indifferentismum ,  
simum et Atheismum prolabamur. Quod qui-  
acilius euenire solet , quo plus intellectus no-  
tus a spiritualibus abhorret , et quo pericu-  
los inuenta anteferre reuelationi diuinae,